



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomiae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

IX. D. Iulij II. Comitis Salmensis, Iulij F. Epitaphium.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

N. REVSNERI

Tu vegetū cor, Sancte, facis, mentemque vigē
Spiritū: unde vigor corporis ipse reddit.

Aura veni, cœloque faue mihi semper aperto:
Quod sum, quod spiro, quod loquor, omne tuum!

VIII.

Ad D. Iulium I. Comiten

Salmæ, & Neoburgi &c. Cæs. Consil.

Si quid homo patitur pius: ipse licet sine culpa
Hoc patitur: minime patitur tamen hoc sine causa.

IVL I magne Comes, regali sanguine crete.
Quod sit, sponte Dei sit hoc omne. quis impedit?

Facta, Deus quæ sponte probat? qui, quod libet?

Solus agit, solus scit & omne, quod egit, agerque
Omnipotens regum rex ipse, deusque deorum.

IX.

D. Iulij II. Comitis Salmen-

sis, Iulij F. Epitaphium.

Quod lethi fuga nulla sit: et quod funera defunctorum
Mixta senum fato Mors, iuuenumque panem.

IVL I magnanimi spes magna parentis Iuli:
Exemplo verum sic facis ipse tuo.

Quid genus, aut ætas tibi profuit utilis? eheu
Annos quando duos vix bene natus obis:

Salmen

IN S O M N I A E.

Salmorum genitus Comitum propagine clara:
Quos colit Austrasie Teutonis ora duces.
Quid Patris virtus tibi profuit inclyta magni?
Cuius ut ingenium, sic quoque nomen habes.
Morrus at vita frueris meliore: receptus
Cælo, cum Patruo nuper & ipse tuo.
At supereft frater SVEICCA RDVS: &
(opto superfic
Ipse diu: patris gloria, matris amor.
Quodque reor, nouus (opto) tuis ex obibis hæres,
Matris amor, patris hinc exoriatur honor.

X.

Ad D. Rupertum à Stozin-
gen EQ. & Consil. Cæs.

Summam qui Sophiæ docet duobus
Verbis: iure Sophus putandus hic est.
Sunt hæc: SVSTINE, ET ABSTINE.
(quid istud?)
Sustine bonum, & abstine à malo: vel
Sustine Deum, & abstine abs te ipso.
Solus namque Deus bonus: malusque
Omnis est homo. quid potest amabò
Aut dici sapientius duobus,
Aut concinnius his, RICHARD E, verbis?

Sym-